

culminis evitare, saturus, quod preter penam contemptus, si secus
feceris, processum tuum super huiusmodi habendum contra ^{a¹⁶} ~~te~~ ^{teno}
res presentis capituli pro nullo habebimus et mandabimus irri-
tari. Item inhibemus tibi expresse, ne alicuius castellanorum vel
familiarium nostrorum vel alicui pro parte alicuius eorumdem
baiulationes seu cabellas alias ^{que} concedas, ac volumus, quod a cabello-
tis cuiuslibet, quibus cabellas te vendere contigerit, recipias in publicum
corporalia iuramenta, quod in emendis cabellis, quas tu eis conces-
seris, societatem non contraxerint nec habeant vel habere debeant
cum aliquo castellanorum vel familiarium nostrorum, nec non
quod nomine et pro parte alicuius castellanorum et familiarium
vel officialium nostrorum cabellas easdem emant vel societatem
in eisdem cabellis habeant, precludendo aliis volentibus cabellas
emere materiam incantandi vel etiam augmentandi. Item quod
ad hoc, quod ex multorum cabellorum societate contrahenda
in emendis baiulationibus et cabellis cabellas nostras in dampnum
curie nostre non contigerit ^e augmentari et ex ipsorum multitudine
exercituum baiulationes et cabellas easdem fidelibus nostris op-
pressiones et gravamina imponuntur quamplurima, volumus
et mandamus, quod cabellas terrarum famosarum octo personis
tantum et non plus et aliarum terrarum dicte iurisdictionis tue
personis tribus aut quatuor tantum aut in minori numero, si vi-
deris expedire, que sint fideles tamen et ydonee, super quibus tue
fidei inheremus, concedere debeas, quorum nomina in scriptis conces-
sionum, quas eis feceris, apponi facias, recepturus nichilominus in
publicum sacramenta a cabellotis, quibus cabellas concesseris, in nu-
meris superscriptis, quod in cabellis et baiulationibus, quas eme-
rint, societatem non habeant nec habere debeant in emptione

8
16
a¹⁶ the. mag. in
Reg. : de

[25]

201

[26]